

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Strabonis Geographicorum [geographicorum] Lib. XVII

Strabo

Basileae, 1539

[Initiale]

urn:nbn:de:bsz:31-67095

STRABONIS

GEOGRAPHICORVM

LIBER DECIMVSSEXTVS.



Assyrii.
 Babylonia.
 Aturia.
 Ninus.
 Apolloniatis.
 Elymaei.
 Parctacae.
 Chaonetic.
 Zagrus mons.
 Dolomena.
 Calachena.
 Chazena.
 Adiabena.
 Mesopotamia.
 Gordiaei.
 Nisibis opp.
 Syri nigri.
 Syrorum nomen.
 Leucosyri.
 Ninus opp.
 Babylon.
 Semiramis.
 Semiramidis
 opera.
 Orbacus.
 Arbela opp.
 Lycus flu.
 Gangamela.
 Darius ubi su-
 peratus.
 Arbelus.
 Nicatorius m.
 Caper flu.
 Artacena.
 Demetrias.
 Aeneae templū.
 Naphtha.
 Sadrace.
 Babylonis situs

ERSIAE ac Susianae iuncti sunt Assyrii. sic enim Babylonia & maximam circumstantis regionis partem uocant, cuius etiam Aturia est, in qua sunt Ninus, Apolloniatis, Elymaei, Parctacae, & Chaonetic, Zagro monti proxima. Item campi Nino uicini, & Dolomena, & Calachena, & Chazena, & Adiabena, & Mesopotamiae gentes, Gordyaeis & Mygdonibus ijs proximae qui circa Nisibim sunt, ijsque qui ad Euphratis pontem, & ad multam trans Euphratem regionem, quam Arabes tenent, & qui proprie nunc Syri appellatur, usque ad Cilices & Phoenices & Libes, & Aegyptium pelagus, & Issicum sinum. Syrorum nomen tendere uidetur à Babylonia usque ad Issicum sinum, & ab hoc olim usque ad Euxinum. Quare utriusque Cappadoces tum qui ad Taurum, tum qui ad Pontum iacent, ad hoc usque tempus Leucosyri appellantur, ac si sint aliqui Syri nigri, hi autem extra Taurum sunt. Taurum dico eum qui ad Amanum usque nomen extendit. Qui de Syrorum imperio scribunt, cum Medos à Persis euerfos dicunt, Syros autem à Medis, nullos alios Syros intelligunt, quam qui Babylonem, ac Ninum regni caput effecerunt, quarum alteram Ninum scilicet Ninus in Aturia condidit, cuius uxor Semiramis, regno succedens condidit Babylonem, atque ijs Asiam tenuerunt. Semiramidis opera praeter ea, quae apud Babylonem sunt, multa per uniuersam ferè hanc continentem ostenduntur, ut aggeres, qui Semiramidis uocantur, & moenia, & munitio fabricae, & aquaeductus, & scalae & fossae in fluminibus & lacubus, & uiae, & pontes. Posteris uero suis imperium reliquerunt usque ad Sardanapalum, & Orbacum, quod postea in Medos translatus est. Sed Ninus post euerfos Syros, extemplo deleta est. Ea multo maior erat Babylone, in Aturia campo sita. Aturia similis est ijs locis, quae circa Arbela sunt, & Lycum flumen intermediū habet. Arbela enim ad Babyloniae pertinent, & iuxta eam sunt. Trans Lycum uero Aturiae campi, Ninum circuniacent. In Aturia quoque uicus est nomine Gangamela, apud quem Darius superaus amisit imperium, quare hic locus insignis est, eius nomen Cameli domus interpretatur. Sic enim eum Darius Hystaspis filius nominauit, cum possessionem hanc camelo defessae in alimentum daret, praesertim in uia, qua per deserta in Scythiam cum oneribus itur. In quibus regi etiam alimentum erat. Macedones cum hunc uicum tenuerunt, Arbela uero habitationem admirabilem, ab Arbelo, ut tradunt, Athmongi filio condita, circa Arbela & praelium & uictoriam fuisse diuulgauerunt, atque sic scriptoribus tradiderunt. Post Arbela & Nicatorium montem, quem sic Alexander nominauit, uicto apud Arbela praelio, est flumen Caper, in tanta distantia in quanta Lycus. Regio ipsa Artacena dicitur. Circa Arbela est urbs Demetrias. Postea est fons, qui naphtha fluit, postea ignes, & Aeneae templum, & Sadrace Darii regia, eius qui Hystaspis filius fuit, & cupressetum, & locus ubi Caper transitur, iam cum Seleucia & Babylone coniunctus, Babylon in

in campo iace
 nem pedum x
 rum sexagenū
 transire possit
 in figura quad
 continentur se
 tabellarum for
 ut arbores ma
 tam ipsa quar
 sus scalares hal
 in hortos affer
 urbem interlu
 Belsi sepultura
 erat quadrata,
 dium obtineb
 multi tempor
 bus mensibus
 bus & mors o
 glecta sunt, &
 donum neglig
 didit ad stadia
 urbem maxim
 ior est, quanqu
 gnis urbibus,
 solitudo est. In
 aedificia faciun
 ea illinientes co
 domus, quae c
 ex parte nuda,
 siana, & in ora
 cum imbribus
 dam in Babyl
 tibus, qui Cha
 teris non recip
 tata, Arabibu
 nomicorum g
 peni, & alij co
 niones sequun
 ciunt, quemac
 ex Seleucia Cl
 nae & Apollin
 multitudo, qu
 diuntur. Baby
 ractacenis: Ab
 am: A septent